



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

17 Spirituale coniugium Duarenius ridiculè reiicit in interpretes, cùm sit
iuris clarissimi & sæpius iteratiatque ex ipsa sacra scriptura deducti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

17
*Spirituale
 coniugium
 Duarenus ri-
 diculè rejicit
 in interpretes,
 cum sit iuris
 clarissimè, &
 sepius itera-
 ti, atque ex
 ipsa scriptura
 sacra dedu-
 cti,*

pum qui de maiore ciuitate ad minorem tran-
 saret. quam solam rationem Duarenus ample-
 ctitur lib. 5. de sacris ecclesiæ ministeriis ac be-
 neficiis c. 3. reprobaturque non sine risu nostros
 iuris huiusce Pontificij Cōsultos qui spiritua-
 le quoddam inter Episcopum & ecclesiam tra-
 dunt intelligi contractum esse coniugiū quod
 hominum arbitrio dissolui nequeat, iuxta illud
 quos Deus coniunxit homo non separet, sed
 profectò facit intelligendo Duarenus vt nihil
 intelligat; quandoquidem illa nostrorum ra-
 tio longè tum pulcherrima mysterioque diui-
 no plenissima tum verissima est, saltem quoad
 Episcopos. nec eam rationem commenti sunt
 Interpretes nostri, sicut iste putat, sed ab ipsis
 Pontificij iuris contextibus & Authoribus (in
 quibus parum diligēter versatus fuisse videtur
 Duarenus) apertissimè clarissimeq; nobis pro-
 ponitur in c. 2 & 3. & vlt. de trāslat. Epis-
 tria Cap. sunt ipsius Innocentij Tertij Ponti-
 ficis, viri tum doctissimi tum longè sanctissimi
 & innocētissimi. proponitur item in c. cum in-
 ter Canonicos 21. de elect. & c. quoniam fre-
 quenter. §. porro vers. si verò aliter. vt licet non
 contest. & c. & in c. requisisti. vers. penult. in
 fin. de testam. quæ omnia & singula sunt eius-
 dem quoque Innocentij Tertij. neque tamen
 primus fuit Innocentius ille qui sic aut loque-
 retur aut Christianè philosopharetur, sed iam
 inde ab ipsis Apostolorum temporibus ita lo-
 cutus est atque docuit Diuus Euaristus Ponti-
 fex, proximus Anacleti successor, paulò post
 annum

18
*Euaristus
 vel Eucharis-
 tus.*